

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 3. Quid agere debet Parochus in baptismo puerorum qui fuerunt expositi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Baptismi. Cap. III. 67*

palis causa ex qua Baptismus virtutem habet,  
sit sancta Trinitas : instrumentalis autem sit  
Minister qui tradit exterius Sacramentum , si  
exprimitur aetus qui per ipsum exercetur mi-  
nistrum cum sancta Trinitatis invocatione,  
perficitur Sacramentum.

*Quæst. 2. Quanam forma utendum est cùm  
dubium est utrum ille qui Baptismum vult sus-  
cipere , jam fuerit baptizatus ?*

*Resp. Ut habet Innocentius III. relatus in  
Canone : De quibus dubium est , an baptizati  
fuerint , baptizentur his verbis præmissis : Si  
baptizatus es , non te baptizo ; sed si nondum  
baptizatus es , ego te baptizo.*

*Quæst. 3. Quid agere debet Parochus in  
Baptismo puerorum , qui fuerunt expositi ?*

*Resp. Respondeo ex Divo Carolo : Infans  
expositus , si illum baptizatum esse non consi-  
tet , baptizetur , hæc tamen verborum formu-  
la. Si tu es baptizatus , ego non te baptizo,  
Et si nondum es baptizatus , ego te baptizo  
Ecce. Quod quidem probatur primò authori-  
tate Divi Gregorii relati in Canone , ubi ait :  
Parvulos qui à parentibus subtracti sunt , Et Can. Parus-  
an baptizati sint ignorant , hos ut baptizare los. De Con-  
debeas secundum Patrum traditionem , si non secr. dist. 4.  
fuerit qui testificetur , ratio poscit.*

*Secundò probatur ex Concilio Carthaginensi  
relato in Canone : Placuit , inquit Concilium ,  
de infantibus , quoties non inveniuntur cer- Can. Placuit.  
tissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubi- De Consecr.  
tatione testentur , absque ullo scrupulo esse dist. 4.  
baptizandos.*

*Denique sanctus Leo , Leoni Episcopo Ra-  
vennati scribens ait : Cùm itaque Baptismi , Can. Cum ita-  
sui nihil recordatur qui regenerationis est cu- que. De Con-  
pidus , nec alter attestari de eo possit qui sciat secr. dist. 4.  
consecratum , nec ille qui consecratur ; scimus*

## 68 TRACTATUS II.

quodem inexpiable esse facinus, quoties juxta hæretorum damnata à sanctis Patribus instituta, cogitur aliquis lavacrum quod regenerandis semel tributum est, bis subire, Apostolica reclamante sententia quæ nobis unam prædicat in Trinitate Deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen venire quod omnino factum esse nescitur: atque ideo, quoties persona talis inciderit, sollicita primum examinatione discutite, & longo tempore (nisi forte supremus finis immineat) indagate, utrum nemo penitus sit qui testimonio suo juvare possit ignorantiam nescientis: & cum constiterit hunc qui baptismatis indiget Sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi: accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cujus in se nullum scit esse vestigium, nec vereamur huic salutis januam aperire, quam nunquam antea docetur ingressus.

**Cap. Ex litterarum. De A. postatis,** **Quæst. 4.** Quam poenam incurreret Sacerdos, qui puerum jam baptizatum iterum baptizaret absque probabili dubio de ejus Baptismo jam suscepto?

**Cap. I. cœt. de Baptismo.** **Resp.** Ut dicitur in Concilio generali Lateranensi: Si quis baptizatos rebaptizare ausus temerario præsumperit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio & beneficio Ecclesiastico deponatur.

**D. Carol. A&G. P. 4. De Bap. Baptismo.** Sanctus autem Carolus ait: Cum infans qui rismi admittatur, dubium relinquitur, aut certè non apparet eum baptizatum esse, ut de expositis parvulis dubitari atque ignorari saper numero solet. Quod si re accurate investigata, exploratum habuerit, illum formâ servatâ baptizatum